


Non gignunt dextros, qui stant in parte sinistra:  
Lena dat uxores, dat tibi dextra mares.

Figura præfens arboræ licet ad septimū de beret gradu protēdi, cū vique ad eū secundū decreta sit prohibitio conjugalis supra quæst. 3. cap. de affinitate, & extr. de clandest. de spons. cap. cum inibitio. tamen, quia per iura nova ipsa conjugalis prohibitio est in trib. postremis gradibus reuocata: vt dicto cap. cum inibitio. & de consang. & affinit. c. non debet. ideo vique ad quartum gradū duntaxat figurā hanc diximus extendendam. Nec id ipsū gradū cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsq; in gradū centesimum & eo amplius, si opus sit, deducere poterit. Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huic causæ trigesima quintæ canones & intelligit. Consanguinitas est ætinetia per-



sonarum ex eo proveniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum, & sanguis, quasi sanguinis vitas. Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentiū gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex, scilicet gradus descendentiū, & collateraliū. Gradus est habitudo distantia personarum, quæ cognoscitur quoniam agnationis, vel cognationis distantia duæ persone inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinē graduum, scalarum, vel locorum proclium, quia gradum de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

Prima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentiū quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) utroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme vnam, quatuor sunt gradus: & sic de aliis.

Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone: Cū facis abauum stipitem inter P. & pronepote propatru (nam illi sunt in linea æquali) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatru sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio propatru quarto. Semper intellige secundum canones.

Prima. In linea recta ascendentiū & descendentiū quot sunt personæ, de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit quàm computatio Decretistarum. Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andree declarationem.